



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXXI. Romana legatus ususfructus. Legatarius ususfructus universalis, an participare debeat de usufructu rei particularis, alteri relicto; Et an dictus legatarius universalis haberi debeat loco ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

DE LEGATIS  
ROMANA  
LEGATI VSVSFRVCTVS

P R O  
VRBANO MILLINO  
C V M  
PATRITIIS.

*Casus disputatus coram A. C., seu Pralato deputato, sub incerto exitu.*

Legatarius ususfructus universalis, an participare debeat de usufructu rei particularis, alteri relicto, Et an dictus legatarius universalis haberi debeat loco hæredis.

SYMMARIVM.

- 1 **F** Acti series.
- 2 **F** De questione, an usufructuarium sit hæres, vel legatarius.
- 3 **F** De eodem, ut sit legatarius.
- 4 De conjecturis contrariis remissivæ.
- 5 Et quomodo debeant attendi.
- 6 Usufructuarium, universalis participat de usufructu rei particularis legata.
- 7 Quomodo ista conclusio procedat, & quando limitetur.
- 8 De eodem, & quomodo in conjecturis procedendum sit.

DISC. XXXI.

**C** Um Catharina Pinella, instituit hæredibus Astallis ejus filijs, ex primo matrimonio susceptis usufructuarium universalem reliquit Urbanum Millinum ejus tertium virum, relicto etiam usufructu quorundam bonorum Patritijs, ex eo intuitu, quod eadem bona in eam obvenissent ab ista domo ex successione unius filij, quem ex Patritio secundo viro susceperat; Hinc orta est controversia, an Urbanus usufructuarium universalis, participare deberet etiam de usufructu dictarum rerum particularium; Et introducta causa coram A. C., seu Pralato per eum deputato; Scribentes pro Patritijs legatarijs particularibus, in eo principaliter insistebant, quod Urbanus, potius hæres quàm legatarius censendus esset, ideoque ad legatorum præstationem obligatus, ita assumendo questionem, de qua apud Merlin. dec. 505. alijs 22. par. 6. rec. Alrograd. conf. 104. lib. 2. Capyc. Latr. consult. 112. Marcian. jun. disput. 99. cum alijs, de quibus non semel sub tit. de legit. & detraht. ac etiam sub altero de fideicommissis; An scilicet institutus hæres in usufructu, post cujus mortem alter ad hæreditatem vocatus sit, dicatur hæres pleno jure cum onere restituendi post mortem alteri, qui substitutus potius dicendus veniat; Vel è converso, hic censetur hæres à principio, ille verò legatarius.

Verùm, ultrà quod, quando etiam titulo institutionis, ususfructus universalis relinquitur, adhuc magis communis, ac recepta opinio est, ut censetur legatarius potius, non autem hæres, ut locis citatis advertitur.

Dicebam difficultatem cessare ex facto, dum titulus legati in testamento relicto legitur, sed etiam notabili circumstantia accedente, quod ab initio mater instituitur tenebatur, quod pro reà, Vel favore testamenti, pro eo instituitur. Vel ita defumendo voluntatem à postulate, facilius intrabat dicta communis opinio, ut qui post mortem vocatus est, censetur hæres à principio, in insinuato tempore mortis pro effectu voluntatis fructuum de facto; Istaque circumstantia proderat videbatur aliquibus levibus conjecturis, quas ex clausula omni modo meliori, licet præcipuo conficiendi inventarium, ac sumptibus tribuant Scribentes in contrarium, eas defumendo, quæ plene in materia pro hujusmodi conjecturis deducuntur per Bellon. jun. de per. acc. l. 1. quæst. 10. ex num. 292. & seq., ubi omnino agit de hoc articulo; Possimè vero, quod Patronus in facto plures etiam conjecturas parte deducebat, circa quas ponderaretur, non esset, quod alijs præponderaret, etiam minò suffocarent, sed sufficeret, ut eas commensurarent, seu ita debilitarent, ut apertè non esset stabilendam limitationem, quæ non potius intentionem fundatam habere dicitur, ille quilibet pro se regulam, cujus hic est præcipua dicta Manric. dec. 251. num. 4. & sequens.

Hoc posito, nisi per legatarium particularem doceatur, saltem de præsumpta, & conjecturis, verba disponentis voluntate, tunc licet arbitrio inter scribentes sit controversus, Attamen magis communis & recepta præsertim per Rotam de Curiam, videtur opinio Barri, ut legatarius universalis, concurrere debeat cum altero rei particularis ex plene deductis per Alder. ad dec. 630. par. 4. rec. com. 3. n. 24. & sequens, & admittitur dec. 579. n. 10. par. 5. quæ emanavit in specie contra hanc testatricem, ac dictos Patritios legatarios, & de qua conclusione habetur etiam actum in sua materia ususfructus sub tit. de servitutibus dist. 55.

Incertus autem est hujus questionis exitus, dum post unicam disputationem, non audiri amplius de causa tractatum, forsitan ut probabile est concordia eam terminavit; Quoniam verò ista dicitur questio facti potius quàm juris; Hinc proinde ponderatis toto contextu testamenti, & circumstantijs resultantibus à qualitate personarum, & à causa legandi per testatricem, & etiam ab alijs, quæ inter eamdem testatricem legatarios in lite inter eos habita contigerant, ego non levem difficultatem habebam contra usufructuarium universalem; Licet enim in dicta censura, conclusiones illi assisterent, atque legitima conjectura pro legatarijs consideranda esset; Nihilominus, attenda tota massa negotii, & substantia verisimilis voluntatis testatricis, & probabilitas assilire videbatur legatarijs; Potius enim, quia ista videtur subtilitas juris, in sensu humano non facile perceptibilis, quoniam primo respectu, quilibet non satis peritus iurista, & contrarium responderet.

Ideoque ponderabam, quod non remissivè, & gentes conjectura necessariz esset pro recepta à communi opinione, quam circa dictam participationem supponere solentus pro regula, dum illa est regula certa, quæ resultat ex claris principijs, sed solù provenit ex illa opinione, quæ majores habeat sequaces, & consequenter, pro regula

De L. U.  
de  
testamen.  
et  
c. VI  
9

8 da limitatione, magna constituenda videtur differentia, inter istum casum & alterum, in quo regula sit certa, quia nempe ex claris iuribus resultat; ut in proposito vocationis filiorum in conditione positorum, & similium regularum, quæ ex DD. opinionibus derivant, habetur alibi scriptis, præsertim sub tit. de fideicommissis.

## VELITERNAL LEGATI

P R O

ELEUTHERIO SCANNELLONO.

Responsum pro veritate.

Legatum, in quo alter substitutus sit sub conditione mortis utriusque primi legatarij, an substituto debeat, si conditio mortis naturalis in uno tantum purificata sit, in altero verò contigerit mors civilis, seu facta, putà transitis ad secunda vota.

Et aliqua in materia ademptionis, an scilicet adempto onere, quod legato adjectum est, ita quoque legatum ademptum censetur, si illud cesset, tanquam ex cessante causa.

SUMMARIUM.

- F** Acti serie.  
 2 Secunda nuptia postea in conditione inducunt mortem civilem, & æquipollent morti naturali.  
 3 Portio hereditaria hæredis contravenientis, vel legatum, cuius caducitas incurritur, debetur cohæredi ex testamento, non autem venientibus ab intestato.  
 4 De alio casu contraversie.  
 5 An legatum factum tutori cesset, si cessat tutela.  
 6 De eodem, & quando causa legato adjecta, dicatur finalis.

D I S C. XXXII.



Andreas, instituit hæredibus Magdalena matre, & Euphemia uxore, cui conditionem viduitatis adiecit, reliquit quamdam vineam post mortem utriusque Eleutherio; Cùmque post mortem testatoris, obiisset etiam Magdalena, quæ in testamento hæredem scripsit eandem Euphemia, quæ postmodum ad secunda vota convolavit; Hinc pro parte Eleutherij pro veritate consultus fui, an factus esset casus legati ad ejus favorem; Et affirmative respondi, non obstante, quod legatum conceptum esset sub conditione mortis utriusque mulieris, quarum una tantum obierat, Altera verò adhuc supervivebat, quoniam istius respectu conditio purificata etiam erat, per secundas nuptias, quæ stante conditione per testatorem adjecta, inducere dicuntur mortem civilem, naturali æquipollentem, ut in specie firmat Io. Andr. ad specul. in rubr. de secundis nupt., ex cuius originali traditione [quidquid dubit. Roman. in l. si quis hæres, l. 2. n. 2. ff. de acquir. hæred.] communi

calculo firmant Bart., Bald., & Alberic. in aub. quod locum, C. de 2. nupt. 1. f. & ceteri in l. 3. Cod. de instit. & subst. Ruin. cons. 17. num. 18. vol. 2., Decian. cons. 1. numer. 89. lib. 1.; Et hanc esse veram, & communem profitentur Gomez var. resol. tom. 2. cap. 11. de qualitatibus contractuum num. 34. Crass. de success. §. legatum quest. 45. plenè Simon de Pret. de interpret. ult. vol. lib. 1. fol. 14. ex nu. 5. Monoch. lib. 4. præsumpt. 65. num. 10. & præsumpt. 185. nu. 37. Bellon. jun. de jur. accresc. cap. 7. quest. 18. num. 69. & alij communiter, adeo ut non videatur in iudicando, vel consulendo de hujusmodi opinione amplius dubitandum; Nisi diversa voluntatis inditia concurrerent, potissimè, quia in hac facti specie cessat illa dubitandi ratio, quæ in casu posito per Io. Andr. militare possit, ubi scilicet superest hæres innocens, ac dilectus, penes quem donec purificetur conditio per veritatem, possit remanere legatum ademptum legatarie binubæ, seu alias contravenienti, cum eadem contraveniens, seu delinquens hæreditariam qualitatem mediè haberet ut supra, ideoque eramus in casu plano, quod scilicet legatarius utpotè conjunctus testatori esset magis dilectus quam hæres.

Prætendebat quoque idem Eleutherius, utpotè proximior, atque ab intestato successor, tam testatoris, quam Magdalena, ut ob dicta Euphemia contraventionem, hæreditas quoque sibi aperta esset, stante caducitate in casu dicti transitus per testatorem expressè ordinata; Verùm in hac parte contra ipsum respondendum esse censui, quoniam non datur intestata successio in casu testati, ideoque portio, hæredis contravenientis, non defertur successoribus ab intestato, sed accrescit alteri cohæredi testamentario, nè detur inconveniens, ut paganus decedat partim testatus, & partim intestatus, dum dicta defecta portio, utpotè accreta portioni Magdalena cohæredis, ad istius hæreditatem pertinebat, & consequenter ad eandem Euphemia, utpotè representantem personam omnino diversam.

In proposito autem ademptionis; Pro veritate pariter interrogatus fui in una Inter ammen. pro parte Valentini Saluoli; Cùm enim Nicolaus, & Pompilia fratres, unicum commune testamentum ordinassent, in quo facta reciproca institutione ad favorem superstitis, continebatur quoddam pium legatum celebrationis 5. m. missarum circiter, aliorumque piorum operum implendorum, quorum omnium cura, & exequutio demandata fuit dicto Valentino, cui fecerunt legatum scutorum 50., atque mortuo Nicolao, Pompilia superstes post aliquod temporis intervallum morti proxima aliud ordinasset testamentum, in quo approbatis dictis pijs operibus in præcedenti demandatis, illorum curam, & exequutionem injunxit hæredi scripto, hinc orta est dubitatio, an stante ademptione oneris dicto Valentino injuncti, censeretur etiam ademptum legatum, cuius nulla mentio facta fuit.

Quoad mediætatem; Respondi, casum videri planum pro legatario, cum iste assequi diceretur ex iudicio Nicolai primi testatoris jam defuncti, quod per hæredem revocari non poterat, quamvis dici posset, ut legatum prædictum fuisset omnino correspectivum ad curam, & exequutionem dictorum piorum operum, dum oneris ademptio non proveniebat ex iudicio ejusdem testatoris, neque hæres poterat in præjudicium legatarij adimere onus, ut ita resultaret ademptio legati; Quoverò ad alteram mediætatem; Dixi quod ista sit questio potius facti quam juris, utpotè pendens ab ea facti circumstantia, an scilicet onus fuisset, causa finalis ac præcisa